



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

137. Fer. 5. Ampliùs ostenditur hac magnitudo gloriæ Beatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

238 *Feria 4. Dom. 2. post Pasch.*

lo intellectu, nec humano, nec Angelico, nullâ revelatione, nec fide, nec spe divinâ plenè concipi potest illa pretiosa margarita, denarius diurnus, thesaurus absconditus, hæreditas cœlestis, corona gloriæ, præmium infinitum.

Conf. 2. Verba Psalmistæ: Melior est dies una in atrijs tuis super millia. Quòd si terrena essent æterna, & cœlestia transitoria, spernenda essent æterna, & millia annorum mundi, cum omnibus suis delicijs, pro una die cœli, propter incomprehensibilem bonorum cœlestium abyssum.

Conf. 3. Verba D. Sufonis ex Dialogo Sapientie: O si quis iusto posset perpendere, & ponderare iudicio Tempus, & Æternitatem! mallet ille profectò vel centum annis in ardenti jacere camino, quàm vel minimâ levissimâ afflictionis carere mercede in cœlis æternùm percipiendâ: illud namque finem habet: istud nullo clauditur termino.

MEDITATIO CXXXVII.

Feria 5.

Amplius ostenditur magnitudo gloriæ Beatorum.

Aspiciam illud convivium Regium, cœnam magnam, satietatem cum deside-

119.

Feria 5. Dom. 2. post Pasch. 239

rio. Feram eam agnoscere, & gustum ejus augeri in me.

Conf. 1. Tantam esse vim gloriæ, ut unica gutta sufficiat, ad æternos ignes inferni extinguendos: quia illam proportionem habet gloria cum pœnis, quam habet gratia cum culpis: sed minimus gradus gratiæ sufficiens est ad delendas infinitas culpas: minima igitur gutta gloriæ sufficit ad annihilandas pœnas inferni perennes. Hanc guttam petierat Epulo. O quid erit ipsa infinita moles gloriæ Beatorum?

Conf. 2. Tantam esse gloriæ beatæ vim, ut ejus privatio superet omnes pœnas damnatorum: ita Chrysoſt hom. 24. in Matth. *Qui in gehenna uritur, & Regnum cælorum prorsus amittit, quæ certè pœna major est, quàm cruciatus flammæ.* Quòd si pœnæ damnatorum imperceptibiles: quia paratè sunt ad torquendos spiritus, quomodo percipi poterit gloria Beatorum, cujus privatio superat pœnas damnatorum.

Conf. 3. Magnitudinem gloriæ Beatorum inde agnosci, quia spem nostram implebit omnipotentia Dei, fidem nostram evacuabit sapientia Dei, dilectionem nostram ad perfectum adducet Bonitas Dei, Joan. 14. *Oscendebis nobis Patrem, & sufficit nobis: quia si per impossibile pœnæ æternæ æternum ferri possent,*

240 *Feria 6. post Dom. 2. post Pasch.*
possent, & tandem gloria cœli acquiri, fe-
rendæ essent illæ, ut hæc acquiratur quia
major est gloria Dei, quàm poenæ inf. cui
superexaltat enim misericordia iudicium.
Satiabor, cum aparuerit gloria tua. Ibi spera,
ibi ama. August. serm. 8. de verb. Dom.

MEDITATIO CXXVIII.

Feria 6. post Domin. 2. post Pascha

De Gratia consummata Beatorum.

Aspiciam Beatos in plenitudine gratiæ,
quia gratiæ plenitudo & consummatio
est initium beatitudinis. Petam eam melius
agnoscere, & assequi.

Conf. 3. Quomodo gratia sit qualitas su-
pernaturalis, quam Deus imprimit in ani-
ma electi, tam pulchra, ut qui eâ potiuntur,
Spiritus creati sint, sicut Deus, maximâ simi-
litudine, quæ dari potest: si enim Deus non
esset simplicissimus, totusque substantia
pulcherrima. ipsa gratia esset propria pul-
chritudo Dei. Est hæc gratia amor habitualis
tam gratus Deo, ut non possit non amare
hominem gratiâ tali præditum, & peccato
mortali liberum.

Conf. 2. Quia omni esse naturali creatio
debentur potentiæ ad operandum propor-
tionatæ, infunduntur cum gratia dona De
omnia, & in Beatis perficiuntur, juxta ma-
gnitudo